



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Tertivs Et Qvartvs Decretalivm Libri continentur

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Peculio Clericorum. Tit. XXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95279](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95279)

Triaq. in l. si unquam, verbo suscepit liberos, num. 215. Anton. Gom. d. c. 4. n. 14. versam adde, Azeved. d. l. 2. n. 2. Matien. ubi supr. n. 7.

24 In gloss. Successores, ibi, vel contra heredes, ac successores donatary. Notatur ad hoc, quod quævis penalis constitutio suos tantum auctores obstringit, nec contra heredes transit, vt per Cald. Pereira de extinct. emphyt. c. 18. n. 15.



De Peculio Clericorum.

TIT. XXV.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Peculium quid sit, & illius appellatione quæ veniant, remissive.
- 3 Peculium dicitur à pecunia quasi pusilla pecunia.
- 4 Peculium definitur vt sit patrimonij portio, quam paterfam. filio, aut seruo seorsum tanquam proprium ipsorum habere permittit.
- 5 Peculium in quatuor species diuidi solet, in profectitium, aduentitium, castrense, & quasi castrense.
- 6 Peculium dupliciter accipitur, vel largè & improprie, vel strictè, & proprie.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabab. Ioan. Andr. Barbat. Imol. Anan. Guid. Papa. Butr. Anchar. Panorm. Guillem. Durand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 101. verso, Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canon. fol. 174. verso, Petr. de Rauenn. in compend. iuris Canon. Martin. Melhart. in epitome Decret. fol. 116. verso, Dan. Venat. in analysi method. iur. Pontif. à pag. 447. Goffred. & Hostien. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratulis ad quinque libros Decret. Lancel. in instit. Canon. Barthol. Carthag. in expos. tit. iuris Canonici, Canis. in summa eiusdem iuris, nonissime Ioan. Honor. lib. 3. in summa in Decret. omnes sub hoc tit.

- 2 Peculium quid sit, & illius appellatione quæ veniant, vide Sanchi. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. c. 22. n. 2. Fr. Ludou. Miranda in manuali Pralat. tom. 1. q. 28. art. 8. in princ.
- 3 Peculio.] Dicitur peculium à pecunia quasi pusilla pecunia, vt colligitur ex l. 1. §. peculium, ff. de peculio, & ex l. si chorus, §. 1. ff. de legat. 3. & expressit l. 1. tit. 21. p. 1. Panorm. in hac rubr. n. 1. Vnde cavendum est ab Ildor. lib. 5. etymolog. c. 25. & à Ferrando lib. 2. declarat. c. 10. in fine, dum exillimant quædam gregis, quam patres filijs, vel seruis industriæ exercendæ causa concedebant, nisi velis eos defendere ex eo, quia cum pecunia dicta sit à pecudibus, vel pecoribus, quibus olim ab initio patrimonij præcipue constabant, iuxta text. in cap. 1. q. 3. prolequitur post alios, quos ibi refert, Cald. Pereira in leg. si curatorem, verbo lasis, n. 90. C. de in integ. restit. minor. inde peculium si non immediatè, mediatè saltem dictum dici potest, & ita intelligenda sunt quæ in hanc rem tradit Columel. qui lib. 1. inquit in rusticatione, vel antiquissima est ratio pascendi eadem quæ quæstuosissima, propter quod nomina quoque pecunia, & peculij tracta videntur à pecore, &c.
- 4 Peculium autem definitur vt sit patrimonij portio, quam paterfam. filio, aut seruo seorsum tanquam

proprium ipsorum habere permittit, quæ definitio colligitur ex l. 4. & ex l. dispositi, §. peculium, ff. de peculio, explicat Baptista in reper. l. frater à fratre, num. 6. ff. de condit. indebit. Cott. in memorab. verbo peculium, ubi eam tuentur contra calumniam Laurentij Vallæ, qui lib. 6. elegant. c. 40. illam impugnatur, & quidem temere, cum prædicta definitio nitatur auctoritate Pomponij in d. l. 4. & Vlpiani in d. §. peculium.

In quatuor species diuidi solet, nempe in peculium profectitium, aduentitium, castrense, & quasi castrense. Profectitium illud est quod patris contemplatione proficiscitur; aduentitium est quod ex donatione, vel industria, vel alia extranea causa filius acquirit. Castrense verò est illud, quod in castris, vel contemplatione militiæ quæsitum est. Tandem quasi castrense est illud quod filius ex scientia, vel ex officiis publicis comparauit. Ita huiusmodi peculium diuidunt Doctores, Bart. & alij in rubr. ff. de peculio, lal. in l. vir. num. 2. de inoffic. testam. Crot. in reper. l. frater in fratre, num. 1. ff. de condit. indebit. Abb. in præsent. rubr. & Imol. num. 3. Nauar. in man. cap. 17. num. 147. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo lasis, num. 90. C. de in integ. restit. minor.

Dupliciter tamen accipitur peculium, vel largè, & proprie; primo modo sumptum plura significat, vt videre est per gloss. in rub. ff. de peculio, inter quæ potissimum significat cuiuslibet patrimonium, & eius qui è potestate patris, vel dominica liberatus est, vt in l. cogi 16. ff. ad Trebell. & in hac significatione sæpe capi testatur Abb. num. 1. Imol. num. 1. & alij in hac rub. ubi etiam in hoc sensu accipitur. Secundo verò modo proprie & strictè solum significat eam portionem patrimonij, quam pater filio, vel seruo vt proprium habere permittit, iuxta definitionem ipsius peculij, de qua supra, & in hoc sensu accipitur in tit. ff. de pecul.

Clericorum.] Qui autem veniant eorum appellatione, latè dixi de appellatiua verborum virinque iuris signif. appell. §. 1. per tot.

S V M M A R I V M.

- 1 Quæsitum à rectore Ecclesiæ tempore promotionis nihil habente, presumitur de bonis Ecclesiæ acquisitum, & n. 2.
- 3 Bona acquisita ex redditibus Ecclesiasticis regulariter non sunt beneficiorum, sed ad Ecclesiam pertinent.
- 4 Bona quæ beneficiarius emit etiam suo proprio nomine pecunia, siue ex beneficij fructibus, ipso iure Ecclesiæ debentur.

CAP. Inuestigandum. I.

Ex Concil. Arelat.

Beneficiatus emens prædia si non habebat patrimonium tempore assumpti beneficij, presumitur emississe de bonis Ecclesiæ, ac proinde Ecclesiastici iuris sunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabab. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Barbat. Hostien. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. in rationali lib. 3. iuris Pontific. pag. 213. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 447. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. part. 1. refertur à Burchard. lib. 31 Decret. cap. 118. & ab Iuon. part. 3. cap. 94. qui tribuunt Concil. Remensi, & ab Anton. Augustin. collect. 11.

collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 12. c. 1. qui tribuit Concil. Lateran.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Don. à Fina tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 1. n. 3. & vers. acquisita. pag. 154. Rom. conf. 159. n. 3. Menoch. de arbitr. casu. 95. n. 9. de presump. lib. 5. pres. 53. à princip. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de bonis clericorum, §. 2. n. 3. in fine, Mascard. de probat. concl. 102. n. 2. vbi n. 4. dicit, quod si dubitetur ex cuius bonis acquisita per Prælatum defunctum sint, in dubio pro Ecclesia præsumuntur, & n. 6. quod Clericus post clericatum in dubio præsumitur acquisivisse intuitu beneficiorum, & Ecclesia. Bona autem acquisita ex redditibus Ecclesiasticis regulariter non sunt beneficiorum, sed ad Ecclesiam pertinent, Seraphin. decis. 594. n. 9. p. 1. & ideo quæ beneficiarius emit etiam suo proprio nomine ex pecunia, siue ex beneficij fructibus, omnia ipso iure Ecclesie debentur, Sament. de redditibus Eccles. q. 3. c. 2. quem refert, & sequitur Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. c. 10. q. 1.

CAP. Presbyter. II.

Prælatus ea, quæ emit de bonis Ecclesie, debet emere nomine Ecclesie, aliter est remouendus ab administratione. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Host. Barbat. Henric. Panorm. Viuian. in rationali lib. 3. iuris Pontif. pag. 214. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 447. remissive Ximen. in concord. p. 1. desumitur ex Concil. Agathen. c. 54. & refertur à Burchard lib. 3. Decret. c. 119. Iuo. p. 3. c. 95. & ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 21. c. 2.

SVMMARIVM.

1. Quæstia per Episcopum post consecrationem suam, Ecclesie sunt relinquenda.
2. Episcopus tempore sue promotionis debet facere inventarium eorum, quæ ipse ex patrimonio, vel alio titulo acquisiuit.
3. Prælatus præsumitur ex bonis propriis non Ecclesie acquisivisse, quando constat eum ante promotionem bona habuisse, & Ecclesiam pauperem esse.
4. Quæstia à Prælato in dubio præsumuntur intuitu Ecclesie acquisita.

CAP. Ut vnusquisque. III.

Episcopus omnia, quæ post consecrationem acquisiuit, debet sue Ecclesie relinquere. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Barbat. Anchar. Henric. Panorm. Viuian. in ration. lib. 3. iur. Pontif. pag. 215. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 447. remissive Ximen. in concord. p. 2. videtur desumptum ex Concil. Carthagini. 111. c. 49. refertur à Burchard lib. 3. Decret. c. 131. Iuo. p. 3. c. 96. & ab Antop. Angust. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 21. c. 3.

Quas post dies consecrationis, &c. Debet igitur Episcopus tempore sue promotionis facere inventarium eorum, quæ ipse ex patrimonio, vel alio titulo acquisiuit, vt per Melch. Pelæz de maiorit. p. 1. q. 1. n. 19. Mascard. de probat. concl. 587. n. 1. Menoch. de presump. lib. 3. presump. 51. n. 23. & presump. 53. per tot. Azeved. l. 6. ex n. 8. tit. 2. lib. 1. noua recop. Cened. ad De-Barbof. Collect. Tom. II.

cret. collect. 145. n. 1. Cabed. Institam. decis. 74. num. vlt. p. 1. vbi n. 2. resoluit quod facere inventarium bonorum Episcopi vita defuncti, & eius bona defendere à latrocinis, quæ eorum more contingunt, ad officium indicis secularis spectare potest, quod intelligo si Ecclesiasticus eius auxilium imploret, aut necessarium sit. Quando enim constat Prælatum ante promotionem bona habuisse, præsumitur ex bonis propriis, non Ecclesie acquisivisse, Mascard. de probat. concl. 117. num. 31. & 32. præcipue si constat de paupertate Ecclesie, & de bonis, & dignitatibus propriis Clerici prædefuncti, de quæ ipsius officio, tunc enim semper bona, quæ reperta fuerint, præsumuntur potius quæ sita ex bonis Clerici, quem Ecclesie, vt per Abb. hic n. 3. & in cap. cum esses, n. 24. de testam. Roman. conf. 346. Berol. conf. 7. n. 7. vol. 2. Rot. decis. 582. n. 7. & 10. p. 3. diuers. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de bonis cleric. §. 6. n. 8. In dubio tamen quæ acquisiuit præsumuntur acquisita intuitu Ecclesie, & ita de his minimè disputare potest, Menoch. de arbitr. casu 195. n. 8. Bellet. d. rit. de bonis cleric. §. 10. à princ. quæ omnes melius colliges ex meo tract. de offic. Episc. p. 3. alleg. 144. à n. 12. Vnde Ioan. Andr. in presenti, dicit quod in dubio ab Episcopo relicta ex præsumptione iuris Canonici censentur post ipsam dignitatem acquisita fuisse, sequitur Couar. in c. 1. n. 6. & 8. sup. hoc tit. Rot. in Arbore. spolijs 17. Iunij 1624. coram bonæ memor. Patriarcha Manzanedo. Et ex quo bonorum custodia Episcopi defuncti pertinet ad Regem, Palat. in introduct. rub. de donat. inter virum, n. 28. Cabed. Instit. decis. 84. p. 1. & de patr. Regie Coronæ, c. 37. n. 7. Et Ecclesie Pastore viduatæ sub Regis protectione sunt, Afflic. in consil. rub. 28. n. 1. lib. 3. Cabed. d. c. 37. n. 8. tenent idem Cabed. decis. 84. p. 1. & Ceual. de cognit. per viam volunt. p. 2. q. 76. n. 1. inventarium bonorum Episcopi faciendum esse à iudice laico, sed id defendi non potest, quia Episcopi decedunt ab intestato, & eorum hæredes sunt alij Episcopi successores, Ecclesia, vel Camera Apostolica, quæ omnia sunt personæ Ecclesiasticæ ac proinde huiusmodi inventarium coram iudice Ecclesiastico confici debet, vt per Franc. Marc. part. 1. decis. 105. Martade iurisdic. p. 4. centur. 3. casu 122. num. 16.

SVMMARIVM.

1. Empta per Prælatum ex emolumentis Ecclesie, efficiuntur Ecclesie, licet Prælatus emerit nomine alieno.
2. Empta ex redditibus beneficij, eius Ecclesie acquiruntur, ita vt beneficiarij ementis non efficiantur nisi quoad vsu.
3. Clericus si de bonis Ecclesie capellam, seu Ecclesiam edificet, non acquirit sibi ius patronatus, sed Ecclesie.

CAP. Inquirendum. IV.

Ex Concil. Remen.

Empta per Prælatum ex prouentibus Ecclesie etià nomine alieno, sunt Ecclesie, quia ista fraus nemini prodest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Panorm. Barbat. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 215. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 447. remissive Ximen. in concord. part. 1. & 2. refertur à Burchard, lib. 2. Decretor. cap. 123. & Iuo. part. 3. cap. 96.

e. 96. & Anton. August. collect. 1. Decret. lib. 3. tit. 21. cap. 6.

- 2 Collige ex text. empta ex redditibus beneficij eius Ecclesie acquiri, itavt beneficiarij eementis non efficiantur nisi respectu vsus, vt per Abb. hic n. 1. & 6. & in cap. fin. n. 5. vers. nam quemadmodum, in fi. hoc tit. & in cap. relatum 2. n. 3. de testam. & cons. 9. 4. in princ. vers. si vero dictum palatium, p. 2. Barbat. cons. 39. n. 6. vol. 4. Redoan. de spoliis Ecclesie. q. 3. §. verum, n. 28. cum seq. & §. pen. n. 13. cum seqq. quos refert & sequitur Bellet. disquisit. Cleric. p. 1. tit. de bonis cleric. §. 2. n. 3. adde D. Barbol. in l. dinortio, in princ. p. 2. n. 62. ff. soluto matrim.
- 3 Hinc deducitur quod si Clericus de bonis Ecclesie capellam, seu Ecclesiam edificet, non acquirit sibi inspatronatus, sed Ecclesie, vt probat text. in cap. Apostolicos, in fine, & ibi gloss. verbo contraxisse, l. 2. q. 2. vbi Archid. n. 4. Lambertin. de inrepatr. lib. 1. p. 1. q. 8. art. 7. & art. 8. n. 2. latè de Episcopo Rot. in vna f. selen. spoliatorum 13. Februarij 1609. coram Illustrissimo Ludouico postea S. D. Gregor. X V. relata per Farin. decis. 241. p. 2. recent. vbi n. 6. asserit hoc fallere, vbi apparet Episcopum noluisse Ecclesie, sed potius alteri acquirere, puta quando alteri stipulatur, & n. 7. censet quod res empta ex fructibus beneficij à Prælato etiam Regulari non dicitur acquisita Ecclesie, vbi Prælatus fuit stipulatus pro se vti persona priuata, & laica, & pro quibus dederit.
- 4 In gloss. Comparauit, ibi, & est speciale in Ecclesia. Vide similem gloss. in l. si vt proponas 8. vers. non negabit, C. de rei vendic. Felin. in cap. cum ex officio, n. 2. de prescript. Anton. Gom. l. 50. Tauri, n. 36. in princ. Sament. de redditib. p. 3. c. 2. n. 10.

S V M M A R I V M.

- 1 Meliorationes factæ per Prælatum in rebus Ecclesie sunt sue in vita, etiam si dimittat beneficium, sed de his testari non potest.
- 2 Expensas factas in meliorandis rebus Ecclesia de proprio patrimonio, tam ipse Prælatus, siue beneficiarius, quam eius heres repetere potest.
- 3 Clericus, qui ex industria sue personæ rem Ecclesie meliorem fecit, non potest repetere.
- 4 Benemeritis res Ecclesie donari possunt.
- 5 Prælatus ex causa remunerationis donare potest.
- 6 Emphyteusis potest concedi alicui in remunerationem seruitij de aliqua re Ecclesia cum parua pensione.
- 7 Donatio remuneratoria facta à Prælato pro remuneratione accepti beneficij valet.

CAP. Si quis. V. & vlt.


Ex Concil. Tolet.

- 1 Meliorationes factæ per Clericum in terris Ecclesie, veluti viniolæ, antagelli, suæ sunt vsque ad mortem, licet dimittat beneficium, sed moriens non potest illa relinquere alicui in testamento, vel hereditario iure, nisi forsan Episcopus voluerit illa assignare alicui pro seruitijs factis Ecclesiis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Barbat. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anch. Host. Henric. Panormit. Viuian. in ration. lib. 3. iuris Pontif. pag. 216. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 447. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. delimitur ex Concil. Tolet. X l. c. 4. refertur ab Anton. August. collect. Decret. lib. 3. tit. 21. c. 7. Burfat. cons. 226. n. 93. & seqq.

vol. 3. Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de bonis clericorum, §. 4. n. 2. Marc. Anton. Gennent. in pract. Ecclesie. q. 61. 4. per totam. Expensas tamen, quas in meliorandis rebus Ecclesie de suo patrimonio fecit, tam ipse, quam eius heres repetere potest, Surd. cons. 333. n. 31. Paul. Comit. respons. moral. p. 1. q. 8. 2. in fine, vbi intelligit nisi fecerit animo donandi, Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 117. num. 26. Cald. Pereira de empt. c. 27. n. 2. Bellet. d. §. 4. num. 3. vbi num. 5. cum Abb. hic n. 2. notat quod Clericus, qui ex industria sue personæ rem Ecclesie meliorem fecit, non potest repetere, quod sic ex industria sua impendit, sed illud cedit Ecclesie.

Pro seruitijs, &c.] Ergo benemeritis res Ecclesie donari possunt, vt per Rebuff. in compendio alien. n. 62. Bellet. d. tit. de bonis clericorum, §. 5. n. 7. & Prælatus ex causa remunerationis donare potest, Rot. apud Farin. decis. 241. n. 2. p. 2. recent. vbi citat Nauar. cons. 6. n. 3. sub tit. de donat. Et emphyteusis potest concedi alicui in remunerationem seruitij de aliqua re Ecclesie cum parua pensione, Rebuff. vbi proximè, Surd. decis. 290. Flores de Mena var. lib. 1. q. 7. §. 1. n. 21. nam emphyteusis sic concessa videtur empta, Cald. Pereira in resp. pro Societate Iesu, n. 16.

In gloss. Prestatione Notatur ad hoc, quod donatio remuneratoria facta à Prælato pro remuneratione accepti beneficij valet, vt per Menoch. de arbit. casu 434. n. 2. vbi n. 3. quod donatio remuneratoria facta à Prælato de bonis Ecclesie non debet excedere terminos remunerationis.



De Testamentis, & vltimis Voluntatibus.

TIT. XXVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Testamentorum materiam qui Doctores tractant, citantur, & n. 3.
- 4 Testamentum quomodo à Iustin. derivari dicatur à mentis testatione, ostenditur, & n. 5.
- 6 Testamentum est voluntatis nostre iusta sententia de eo quod quis post mortem suam fieri vult, & n. 7. respondetur obiectioni.
- 8 Testamentum quoddam in scriptis dicitur, quod vulgo clausum nuncupatur, alterum nuncupatum dicitur sine scriptura.
- 9 Testamenti nuncupatiui species declarantur, & numeris seqq.
- 12 Testamentum quoad inuentionem, & primum vsum iurisperitorum est, quoad formas tamen, solemnitates, & confirmationem iuris est civilis.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchor. Panorm. Covar. Barbat. & iterum in resp. Henric. Canis. Guillelm. Durand. in breuiario aucto iuris Canonici. fol. 103. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum. fol. 174. Martin. Mesnart. in epitome Decret. fol. 117. Petr. de Raven. in compend. iuris Canon. Dan. Venator in analyt. method. iuris Pontif. a pag. 448. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cassan. & Anast. German. paratitulis ad quinq. libr. Decret. Barth. Carthag. in exposit. tit. iur. Canon.